



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Sacra-||mento Evcharistiae,|| contra Oecolampadium,
opusculum:||**

Clicthove, Josse

Coloniae, 1527

VD16 C 4208

Verba Christi, in sexto euangelii B[eati] Ioannis cap[ite] dicta, de manducatione carnis eius: recte intelligi posse de sumptione sacramentali corporis ipsius, et non tantum de spirituali. VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30220

DE SACRAMENTO

¶ Verba Christi, in sexto euāgelij beati Ioannis capite dicta, de manducatione carnis eius: recte intelligi posse de sumptione sacramentali corporis ipsius, & non tantum de spiritali. Cap. VIII.

Sextum præterea euāgelij secundū Ioannem caput, continens sublimem illum & præclarū domini nostri sermonē de pane illo uitali & superadmirando: multis in locis manifeste prodit & comprobatur, in sacro eucharistia sacramento uerum corpus & sanguinem Christi contineri secundum ipsā rei substantiam, & non solam figuram. Quod sane dilucidius euadet: si modo ante monstrauerimus, illa domini nostri uerba inibi descripta, etiam recte intelligi posse iuxta literalem sententiam de manducatione sacramentali, & (ut ita dixerim) reall corporis dominici: & non tantum de spiritali, ut contendit Oecolampadius. Qui uidens ex eo loco ualida contra se posse sumi argumenta ad comprobendam irrefragabiliter corporis Christi in eucharistia ueritatem: ut illa declinet atque subterfugiat, hunc unum obiecit clypeum omnia illa saluatoris nostri uerba ibidem prolata, tantummodo intelligi debere de spiritali corpore & sanguinis domini sumptione: per intimam mentis deuotionē, diuinæque gratiæ susceptionem ac unionem cum deo. & non de sacramentali eucharistia acceptione: per exteriorem manducationem aut haustum. Quod tamen a uero prorsus alienū esse, facile percipiet: quæquæ antecedentia illius capitæ acta, & consequentia Christi uerba, apte cōcinnauerit. ¶ Siquidē prius cibo corporali; magnā ho-

Ioan. 6

2

EVCHARISTIAE. I. 27

minū multitudinē, diuina uirtute Christus satia
 uerat in deserto. Deinde auidos adhuc illius cibi
 & nihil sublime in eo facto attēdēs: cœlesti ma-
 gisterio ipse legifer noster & doctor optimus,
 subuexit ad contemplationem & desiderium ci-
 bi illius supcœlestis. quasi eos a carne ad spiritus
 a terra ad cœlū: a corpore ad mentē, traducens ac
 eūchens. Quēadmodū & ante, mulierem Sama-
 ritanā anagogica manuuctione ab aquā corpo-
 ralis usu; ad spiritualis aquā diuīcꝫ gratiæ notio-
 nē & desideriu, trāsferre studuerat, Nō esset autē
 huiusmodi assurrectio a cibo corporali & terre-
 stri ad spiritualē cibū atqꝫ cœlestē dñici corporis
 cōcinna & cōueniēs: nisi in eo sermone intelliga-
 tur fieri mētio de mādicatione sacramētali diui-
 nāe eucharistiæ, ut hoc mō, cibo mortali corporis
 respōdeat immortalis aiæ cibus longe omniū ex-
 cellētissimus & dignissimus. Adde, qꝫ in toto il-
 lius sermōnis cōtextu nihil occurrit: qđ apte non
 possit accommodari manducatiōi sacramentali,
 absqꝫ obtorta alicuius loci inuersione aut uiolen-
 ta expositione. Siqꝫ uero cōtendat, omnia illic di-
 cta, solū de spiritali sumptione illius sacramenti
 intelligi debere: cogetur plæraqꝫ ibi posita ad sen-
 sum trahere quasi literæ repugnantē, neqꝫ tantam
 inueniet sententiæ inter se cohærentiā & concin-
 nitatem: quantam comperiet, eas etiā adaptando
 sacramentali sumptioni. Quō enim hæc senten-
 tia (ut alias multas prætermittamus: ibidem scri-
 ptas) caro mea uere est cibus: & sanguis meus ue-
 re est potus. similiter & hæc. Panis quē ego dabo
 caro mea est pro mūdi uita. accōmode ad aliū ci-
 bū & potū q̄at adaptari: qꝫ ad sacramētale: Qua-
 lis autē est cibus: talis est & eius māducatio. ¶ Ad

Ioan. 4.

Ioan. 6

3

D 3

DE SACRAMENTO

hæc, Orthodoxi patres doctrina celeberrimi, Hieronymus, Augustus, Ambrosius, Gregorius, Chrysostomus, Cyrillus, Alexandrinus, Nicolaus Lyranus, Rupertus Tuitienus. Theophilactus, & alij complurculi: locum illum euangelicum explicarunt de manducatione corporis Christi sacramentali, & non solum de spirituali. Quidni igitur eorum sequemur uestigia in huius uiae peragratione: & gressibus illorum insistemus? Quisquis enim illos imitari pergit: nec eum malus auferet error, nec in precipitia aut diuerticula prauorum dogmatum abducat. ¶ Denique ecclesia sancta, auctoritate sua (quæ grauissima apud omnes haberi debet) approbat hanc intelligentiam uerborum domini illic positorum, de sacramentali manducatione. cum in officio ecclesiastico, in solennitate uenerabilis sacramenti eucharistiae decantari solito, & iam olim publico consensu recepto: euangelium & alias eiusdem officij partes, ex eo desumit loco. quæ minus congruenter adaptarentur illi celebritati: si non accommodarentur sacramentali sumptioni. In officio itidem missæ pro defunctis, plerumque ex eo Ioannis capite desumitur euangelium: quod nullam haberet ad rem subiectam congruentiam, nisi intelligatur de sacramentali sumptione, qualis fit in missæ pro defunctis mysterio. ut intelligatur celebratio illa ac oblatio diuini sacramenti: non modo uiuis, sed & exemptis hac uita plurimum conferre. ¶ Nec subuerendum est cuiquam, si locus ille euangelicus explanetur de manducatione sacramentali corporis domini: an sanam inde preberi errori pestifero Bohemorum de cõicatione laicorum sub utraque specie, quod copulatim illic a Christo texatur sermo de manducatione carnis eius & bibitione sanguinis: tanquam necessaria

EVCHARISTIAE. I. 28.

quicq; ad salutē aeternā. Ad quam hæreticorū cap-
tionem declinādā: adacti fuisse uidentur nōnul-
li scriptores illius tēpōris, eo confugere, quod uerba
illa domini apud Ioannem expressa de manducan-
da eius carne & bibendo sanguine: intelligi dun-
taxat debeant de sumptione illius mysterij spūa-
li. Quod tamen (saluo meliori iudicio) factū non
oportuit. Nam quicunq; sub una specie. s. panis su-
mit eucharistiā: & uerū accipit Christi corpus,
& pariter sacrę eius sanguinē. q̄ conseq̄o quodā
naturali: sanguis ipse comitetur corpus uiuum et
animatū (quate est: sacratissimū Christi corpus
in eucharistia) & eidē naturaliter uniat ac insit
Quocirca laicus sub unica specie utpote panis, ac-
cipiens sacrā communionē: & māducat uere car-
nē domini, & uere bibit eius sanguinē. q̄ ut san-
cta concinit ecclesia: omnibusq; credendū propo-
nit) manet Christus totus sub utraq; specie. &
ita sub specie panis: & uerę eius corpus, & simul
eiusdē sanguis, re ipsa continetur Porro hæc diffu-
sus pertractauimus in primo propugnaculi libro
circa finem ipsius. ubi huiusmodi materia de cō-
munionē laicorum sub una specie: latius est dis-
cussa. & aduersariorum captiosa argutia, quæ ex
illis sexti capitis sancti Ioannis uerbis trahitur: in-
ter cæteras obiectiones ibidem etiam est dissolu-
ta. ¶ Neque illud itidem obstaculo est, quo mi-
nus illa domini uerba in prædicto Ioannis capite
deprōpta, intelligātur de manducatione corporis
eius sacramentali: q̄ eo tempore quo habitus est
ille sermo Christi ad populū in Capharnaum, nō
dū fuerit institutum sacramētum eucharistiæ. sed
primū in ultima cœna: sermonē illū multo tēpo-
ris interuallo subsecuta, neque debuerint uerba

Capit: 28
& tribus
sequentibus.

§
Iohan. 6
Obiectio
nis dilutio

DE SACRAMENTO

obligatoria ad illius mysterij sumptionē: a Christo explicari (qualia in illo capite contineri uidentur: si de sacramentali intelligantur cōmunionē) anteq̄ illud ad q̄ exprimitur obligatio: fuerat sanctum ac ordinatū. Nempe huiusmodi uerba Christi, obligationem sonantia: intelligenda sunt pro tempore, quo fuerit institutio sacramenti eucharistiæ facta, ac promulgata palam quandoq̄dem de futuro tm̄ mysterio se tūc corā prolog. Christus satis insinrauit: cū futuri temporis uerbo utens dixit. Panis quem ego dabo: caro mea est pro mundi uita. quo quidem dicto, se nondū panem illum de quo loquebatur, dedisse: aperte denunciavit.

Ioan. 6

Ioan. 5

Sed nonne circa principium suæ prædicationis: Chr̄s dixisse scribitur Nicodemo. Nisi q̄s renatus fuerit ex aqua & spū sctō: non potest introire in regnū dei? Quo sane tpe, uero simile est necdū fuisse institutum ab ipso baptismum: aut saltem nō fuisse palam publicatum, & tamen ea uerba obligatoria accipienda tantū erant pro tpe: quo sacramentum illud regeneratiōis foret promulgatum. Cur ergo consimili ratione non poterunt uerba illa domini obligatoria ad sumendam eucharistiā, recte accipi pro illius temporis curriculo: quo fuerit constitutum a Christo tam sublime mysteriū, & fidelibus sufficienter annūciatum? Neque præpostere aut nequicq̄ dicta putari debent uerba sacratissima dñi, de altissimo illo sacramento in proptulo habita: ante primariā illius institutionē postea factā. ¶ Ceterū hic rursus insisteret forsā aliquis, & cōtendet: susceptiōem eucharistiæ nō esse iuris diuini, cuius tamen oppositam ptem, uerba illa domini interminatoria in eos q̄ non manducauerint carnē eius: si de sacramentali sumptionē itel

Ioan. 6

ligantur, plane indicare uidentur. q̄m̄si diuino iure ea diceretur sancita; obstringeretur promiscue oēs & sine discrimine, ad h̄m̄ōi sumptionem, q̄d tamen nō ita uidetur se habere. Nam & infantes, & debilitate stomachi laborantes, & alij legitimo impedimento detenti; ad talē susceptionē nō astringuntur. ¶ Cui adhibenda est responsio: sumptionem ipsam eucharistiæ (si generalem eius rōnem solū attēdamus) haud dubiæ iuris esse diuini. Determinationem v̄o particularem circumstantiarū eiusdem operis: ut qua ætate & quo tpe sumi debeat eucharistia, & a qualibus & quō: ex ipsius ecclesiæ sanctæ decreto & cōstitutione emanasse, censendum est. q̄ direttore spiritu sancto sancit per temporū quædam interualla, salutaria statuta illius diuini iuris declaratoria. Neq; illud impedit sacram cōmunionē præcepti esse diuini: q̄ non omnes passim & indiscriminatim ad illam sumendam teneantur. Nam obseruare ieiunium, & dare elemosynā, & orationē Deo fundere, diuini sunt iuris: ut de ieiunio alias ostendimus. & tamen nō omnes semper astringuntur ad illa tria bonorū operum genera. quis enim infantulos & graui detentos morbo; dixerit ad ieiunium obligari? Haud aliter tametsi non omnes semper obligentur ad sanctam cōmunionem sumendam: id sufficiens non est argumentum ad colligendum, ipsam eucharistiæ susceptionem non esse diuinæ sanctionis, cum ad rationem talis præceptionis, hisce uerbis explicata. Nisi māducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem: non habebitis uitam in uobis. id sufficiat. q̄ debeant omnes, cum cōgrua fuerint ætate, ecclesiastico decreto determinata, & nullo legitimo detinentur impedimento, sacræ

Lib. 3. pro
pugnaculi
cap. 8.

Ioan. 6.

D S

DE SACRAMENTO

7 sumere eucharistiam. ¶ Deniq; nec illud quempiam moueat ad ea refutanda quæ impræsentiarum proponimus: q; complusculi autores sacri, & uitæ sanctimonîa & doctrinæ splendore clarissimi, sextum illud Ioannis caput, q̄tum ad ea q̄ de manducatione carnis filij hominis ibidem edisseruntur: censent esse intelligendum de manducatione spiritali eiusdem. Nā neq; nosipsi refragamur illi sententiæ: sed ingenue admittimus illa summæ ueritatis uerba, de illa spiritali sumptione etiam accipi posse. Id tamen unum hic adijcimus: eadē quoq; uerba Christi haud incōgruēter intelligi posse & exponi, de manducatione carnis eiusdē sacramentali. In quo asserto: nequaquā alteri sanctorū patrum sententiæ reclamamus aut cōtradiciamus. cū utraq; dictarū expositionum, & pia & catholica, meo iudicio, censi queat. Q; si quis contendat, prædicta Christi uerba tantummodo de sumptione spiritali esse intelligenda, & nullo pacto de sacramentali: id moleste non ferat nec grauate, si rationibus supra positis inducti discedamus ab ipsius sententiæ, & in aduersam partem flectamur.

¶ Ex sexto quoq; euangelij B. Ioannis capite plurifariam confici: q; uerum in sacramento Eucharistiæ sit Christi corpus, secundum substantiam.

Ca. IX

HOC igitur iacto solide fundamento, q; uerba illa Domini, in sexto Ioannis capite cōtenta, recte etiam accipi queant de sumptione Eucharistiæ sacramentali: nostram superextruamus hoc molimine fabricam, & cœptum ita comprobemus ex eodem Ioannis capite, de ueritate dominici corpore